Ad Legns. Tica Rnic.

697

272

# Responsum à Regè datum Zachariæ Epo Gardiensi Apostolico Nunctio

Laudat autem summopere, et probat Mttas sua Sanctissimum, et maxime necessarium studium curam, et institutum illius Sanctitatis, q omnes Reges et Principes Chrianos ad quinquennales induTias, et deinde ad bellum et communem expeditionem contra Turcam suscipiendam persuadere et exhortari non desistit.

Dominoq Deo gratias agit Mttas sua, qui hanc illius Sti Mentem inspirare dignatus est, pro vindicanda Salute, et bono Statu rei Chrianæ, adeo nunc ut unquã alias magis in discrimine constituto Mttas enim sua Srma, ut ea quæ assiduè humeris suis hanc molem infidelium sustinet, nihil unq magis desideravit, q hoc aliquando faustissimum tempus futurum, ut omnes Principes Chriani unanimi consensu, et coactis viribus tandem ad redimendũ periclitantem Reipublicæ Chrianæ bonum statum consurgerent, verum de hac ipsa generali expeditione Mttas sua Srma alio tempore plenius tractare, et conferre cum vris D. dignabitur.

Quod autem vræ D. nomine illius Sanctitatis postulant et hortantur, ut Mttas sua Srma pacem iniret, et amplecteretur cum Nepote suo Illri Dno Mgro Ordinis Mariæ Theutonicorum in Prussia nondubitat Mttas sua satis constare illius Sncti ex lris, et Nunctiis suis, quas molestias, et adversitates idem Illris Dns Mgr Mtti suæ semper exhibere consvevit premendo Subditos illius Mttis vectigalibus insolitis, vademoniis, carceribus, spoliis grassatoribus incendiis, cedibus, ac aliis variis, ac indignis modis, ut illos ad defectionem, ab ea cogeret et subinde delectus toto tempore faciebat, Arma pontes, tormenta, ac alia bellica instrumenta parabat

parabat suggilando Mttem suam indignis Crimi-
nibus apud Chrianos Principes, et impingendo illi
hec facinora, que ipse adversus illam ~~ipp~~ patrabat
auxiliaq sibi adversus illam comparando. Quæ
omnia cum usq huc pacienter ferret, ac dissimu-
laret, Mttas sua id subterfugiens, quod semper hor-
ruit, ne arma sua, quibus assidue molem infi-
delium sustinet in populum Chrianum converte-
ret
Ille abusus hac paciencia, ac equanimitate Mttis
suæ suiq debitæ suæ professionis, ac etiam vincu-
li Sanguinis immemor conspiravit adversus Mttem
suam, cum eius immo totius Chrianæ Reipublicæ
hostibus Moscis et Tartaris, et nullo illi bello
indicto eduxerat Magnum Militum Numerum
ex Germania ipseq in procinctu fuit Mttem suã
inopinantem, et aliis bellis cum infidelibus occu-
patam adoriri, et subditos eius partim ad defe-
ctionem, partim etiam ad præstandum sibi libe-
rum transitum per loca munita sollicitavit.
Quibus rebus ingenti Motu, ac trepidatione in his
terris Prussiæ facta, coacta est Mttas sua sua
posthabitis omnibus Negotiis, et tempore hiberno,
bello minime congruo huc cum exercitu venire,
ubi longo tempore adhuc expectans, ut ille resipice-
ret, ac debitum suum præstaret, illumq in sua
pertinacia, et hostilitate constantem videns fa-
cere aliter non potuit, qn illum, quod hactenus
vitavit bello aggrederetur.
Quod cæptum Mtti suæ Dño Deo propitio prospere
succedit gentes enim Mttis suæ, quacumq per
eius terram eunt, omni libere ferro, et igni po-
pulantur, Arces plerasq et Civitates ac Oppida
nonnullos etiam non vulgares Captivos interce-
perunt.
Non videtur itaq Mtti suæ, ut rebus sic stanti-
bus, arma, quæ ex tam iustissimis causis sumere
est coacta, ad præsens deponat, facere enim id
abq gravi suo

absque gravi suo et subjectorum suorum di:
spendio atquè incommodo non posset. Sed
et hostis Majestatis suæ ut est homo ni:
mium confidens viribus suis ubi id num fie:
ret crederet se timeri occasionemquè sume:
ret, suam libidinem deinceps sævius atro:
ciusq explendi.

Grata est tum plurimum Majestati
suæ hæc cura et studium Dominationum
Vestrarum quod obtulerunt, et curabit id il:
lis omni favore et beneficentia sua Regia
semper referre.

Quia vero Sanctissimus Dominus No:
ster commisit Vestris Dominationibus non:
nulla etiam alia negotia curare et agere in
Magno Ducatu Lithuaniæ censet et postu:
lat Majestas sua, ut Vestræ Dominationi
interea temporis illuc proficiscantur, et
munus sibi invictum deligentur, obeant,
ubi autem postea videretur esse opus tracta:
tibus aliquibus cum ipso Domino Magistro
tum demum Majestas id Vestris Do:
minationibus declarabit. 1520.

Ad I 1520. anni.